

c. v.<sup>9</sup> | plerosque splendidos equites Romanos | et concuriales eiusdem Viatoris, qui nos | dignatione sua et merita provocavit. | [C]ui offerri per Num[ri]sium Numisia[rum]<sup>9</sup> Attic. et maiores eorum.

*Beneventi rep., tabula aenea, nunc Porisii (IX 1681 cf. Eph. ep. 8, 812 vid. ectypum). — 1) A. 237. — 2) Cf. supra N. 6501 not. 2. — 3) Cf. N. 7303 cet. — 4) Omittitur hoc loco nomen eius qui honorari debuit. Ceterum passim oratio hiat et confusa est. — 5) Post (postea). — 6) Rectius nos. — 7) Scripti sunt. — 8) Clarissimum virum. — 9) Numisium Numisia[rum] Villefosse, Numerium Numerianum priores.*

7220 P. Cornelio Saeculare II et Iunio Donato II<sup>1</sup> | cos. kal. Iulis, | Sentini cum in scola sua freques numerus coll. fabr. | Sentinatium convenissent, numerum abentibus | C. Iulio Martiale et C. Casidio Rufino qq.<sup>2</sup> et referentib. | ipsis: semper [e]t<sup>3</sup> in praeteritum ita splendidissimum n. n.<sup>4</sup> | conisum esse, ut adfectione splendoris sui in singulos | quosquae condignos merentes exhibeant<sup>5</sup>, vel maxime | in honore adque dignitate Memmiae Victoriae quon|dam indoles<sup>6</sup> m[e]moriae femine, matris numeri nostri, | proorsus usquaeque<sup>7</sup> esse provectum nomen domus | eius, ut per ordinem generis sui omnes in numerum n. | patroni in collegium nostrum appellarentur, optan|da[que]ue erant, ut omnes universisque<sup>8</sup> incolumes in | numerum nostrum viderentur, et quoniam vir splen|didus Coretius Fuscus patronus numeri debeat ex|emplo pietatis parentium et matris honorificentia, | itaque si omnibus videretur tabula aeream ei offer|ri, q. f. p., d. e. r. i. c. c.<sup>9</sup>: | gloriosam esse relationem b. b. v. v.<sup>10</sup> qq.<sup>11</sup> collegi n., | et ideo cum sit Coretius Fuscus splendide natus, ut | potius honorificentiae nostrae modum intel|legat necessaque (sic) sit ei tabulam aeream titulis | ornatam scriptam offeri (sic) petique ab eo, hanc | oblationem nostram libenti animo suscipe|re dignetur, legatosque in eam rem fieri qui | qui<sup>12</sup> digne prosequantur Titratium Ampliatum, Orfium Veri|tatem, Aemilium Victorem, Bebidium Iustum, Casidium Mart[i]a|lem, Iulium Martialem, Casidium Rufinum<sup>13</sup>, Bebidium Ienu|arivium (sic), Aetrium Romanum<sup>13</sup>, Casidium Clementinum, Aetrium | Vernam<sup>14</sup>, Vassidenum Favorem, Casidium Iustissimum, Sa|trium Verecundum, Statium Velocem<sup>13</sup>, Veturi. Celerianu.

*Romam adlata c. a. 1728, reperta sine dubio Sentini, est in museo Capitolino, tabula aenea (XI 5748 vidit Bormann). — 1) A. 260. — 2) Quinquennialibus. — 3) it tabula. — 4) Numerum nostrum. — 5) Oratio confusa, ut passim in hac tabula. — 6) Orationem hiare coniecit Bormann; Victoriam dici 'indolis memoriae' feminam putat Buecheler mus. Rhen. 1902 p. 326, conferens Corp. Gloss. Lat. II p. 80, 54: indolis ἐπίπονος σπονδαίος; p. 81, 3. — 7) Usquequaque. — 8) Universique. — 9) Quid fieri placeret, de ea re ita cuncti censuerunt. — 10) Bonorum virtutum. — 11) Quinquennialium. — 12) Dele alterum qui. — 13) Cf. supra N. 4245 (not. 5). — 14) Idem etiam in collegio centonariorum (N. 7221).*

7221 Imp. Gallieno Aug. IIII et Volusiano cos.<sup>1</sup> | XV kal. Septem-